



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

ANNIVERSARIAM CENSURAM

IN SCHOLA ROESKILDENSI CATHEDRALI

SEPTEMBRI MENSE A. MDCCCXXVIII

PUBLICE AGENDAM INDICTURUS,

SCHÜTZII, V. C.

INDICEM LATINITATIS CICERONIANAE

SPICILEGIO

EX ORATIONIBUS PRAESERTIM PRO S. ROSCIO AMERINO, PRO LEGE

MANILIA, ET IN CATILINAM, LOCUPLETAVIT

RECTOR SCHOLAE

S. N. J. BLOCH,

DOCTOR PHILOS. ATQVE PROFESSOR, ORDINIS DANNEBROGICI EQVES AURATUS.

H A V N I A E.

TYPIS EXCUDEBAT ANDREAS SEIDELIN,
AULÆ REGIÆ ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

* Asterisco notata sunt vocabula et significaciones, quae in indice Schütziano plane desiderantur.

A.

***ABUNDANTIA**, qvod voc. in indice Schütziano deest, occurrit in or. Catil. II. c. 5: *eadem tamen illa, quae erat in abundantia, libido permanet.* At qværi certe potest, num genuina sit ista oratio, de qvo gravissima nuper dubia movit *Clodius V. D. in diss. "de Authentia secundæ Orationis Catilinariæ"*, vid. *Neues Archiv für Philol. u. Pädagogik*, herausg. von G. Seebode, 2 Jahrg. 4 Hft. Qvare non summa fides videtur exemplis ex hac oratione petitis posse haberi. Sed extat vocab. Læl. 15, 23. Fam. 7, 1.

***ACQVIRERE**, præter id, qvod habemus, comparare, προστάσια. Exstat non modo Catil. II, 8: *et dubites de possessione detrahere, acqvirere ad fidem?* verum etiam Catil. III, 12: *Mihi quid est, qvod jam ad vitæ fructum possit acqviriri*, præterea comparari.

ADEO. Adde ***ATQVE ADEO**, 1. vel potius. Rosc. Amer. 10 extr. *hoc consilio atqve adeo* *hac amentia impulsi*. 35: *quæ si prodierit, atqve adeo quum prodierit, audiet.* 39: *inter honestos atqve adeo inter vivos numerabitur?* — 2. Atqve etiam, Germ. ja sogar, Catil. I, 2: *ducem hostium intra moenia, atqve adeo in senatu videmus.*

ADHUC, *de tempore; hactenus. leg. Manil. 17: *ea omnia, quæ adhuc a me dicta sunt.*

ADITUS, 1. via, qva adiri locus potest. Manil. 8: *patefactam nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Rom. ex omni aditu clausus esset, adiri nulla ex parte posset.* — 2. accessus ipse, qvum in locum itur. Ibid. *urbes uno aditu atqve adventu esse captas.*

AEDIFICARE, etiam de navibus. Manil. 4.

AEGRE, germ. ungern. Manil. 5: *quo carent ægrius.*

AFFECTUS AETATE, senior. Tantum in Catil. II. 9. Si verum est, dictum videtur eodem modo, qvo ægrotantes dicuntur morbo affecti; ut Att. XIV, 19: *Cæsarem Neapoli graviter affectum videram.*

AFFINIS, cum Gen. *a. suspicionis*, Sull. 5. cum dat. *a. sceleri*, Sull. 25, 70. *turpitudini*, Cluent. 45. *huic (facinori)*, Catil. IV, 3.

ALIQUANDO, de re diu desiderata, G. doch cinnal, Manil 22: *al. isti principes fateantur.* Cat. II, 1: *Tandem aliquando.*

ALIQVANTO post, non: "multo", sed aliquo tempore post, Catil. III, 5.

*AMANDARE, a se amovere, ablegare, alio mittere, relegare, Gall. éloigner, Germ. entfernen, Rosc. Am. 15: *"an a m a n d a r a t h u n c s i c , ut e s s e t i n a g r o a c t a n t u m m o d o a l o r e t u r a d v i l l a m ?* Atque ibid. relegatio atque AMANDATIO. ep. ad. Att. 7, 13: *Ciceronibus nostris dubito quid agam, nam mihi interdum a m a n d a n d i v i d e n t u r i n G r æ c i a m .*

AMPLECTI aliquid, Iprobare v. c. sententiam aliquam. Catil. IV, 4: *ceterorum suppli- ciorum omnes acerbitates a m p l e c t i t u r .*

AMPLUS, 4. Catil. III, 36: *verba amplissima, h. c. honorifcentissima.*

ANCEPS contentio, qvnam duobus in locis pugnandum est. Manil. 4: *vos a n c i p i t i contentione districti de imperio dimicaretis.*

ANHELARE scelus, trop. de eo, qvi summa cupiditate ad scelera fertur, Catil. II, 1.

ANIMUS 7. plural. de insolenti avaritia, Manil. 22: *q v æ c i v i t a s e s t , q v æ u n i u s t r i b u n i m i l , a n i m o s o c s p i r i t u s c o p e r e p o s s i t .*

ANNUS, ter in auno, pro qvotannis, Rosc. Am. 46.

*APERTE, ut manifestum sit omnibus. Catil. I, 5 *nunc jam a p e r t e r e r e p . u n i v e r s a m p e t i s .* Læl. 18 *a p e r t e v e l o d i s s e a l i u m .* 2. ingenu, nihil occultando. Att. 16, 3: *ad B a l b u m s c r i b a m a p e r t i u s .*

AT, 1 & 2. Subjuncta etiam qvæstioni præcedenti affirmat contrarium, Rosc. Am. 14. *q v æ r a m u s , q v æ v i t i a f u e r i n t i n s l i o ? A t i s q u i d e m f u i t o m n i u m c o n s t a n t i s s i m u s .* Catil. I, 11: *Q u i d i m p e d i t t e ? m o s n e m a j o r o r u m ? A t p e r s æ p e &c .*

ATQUE. *4. transitioni inserviens, ut tum, deinde. Catil. III, 3: *A t q v e h o r u m s c e l e- r u m m a c h i n a t o r e m G a b i n i u m a d m e v o c a v i .* Ibid. c. 6: *A t q v e i t a c e n s u e r u n t &c .* 5. in comparatione, ut post æque, secus, aliter &c. sic Catil. III, 8, *co n t r a a t q v e a n t e a f u e r i t .* Denique 6. vim etiam explicativam habet. Manil. 24: *h o c b e n e f i c i o p o p u l i R o m , a t q v e h a c p o t e s t a t e p r a t o r i a , U n a e n i m e a d e m q v e r e s e s t , s e d q v o d n a m b e n e f i c i u m s i t , p e r s e q u e n t s p o t , p r æ t . d e c l a r a t u r .*

B.

BONUM. *B o n o e s t e a l i c u i , h . e . p r o d e s s e , l u c r u m a f f e r r e .* Rosc. Am. 30. *C u i b o n o ?*

BONUS. 2. *B o n i v i r i* Catil. I, 9, sunt, qvi rei publicæ bene cupiunt, *B o n o a n i m o h . e . b e n e v o l o c o n s i l i o a l i q u i d f a c e r e ,* Manil. 19.

C.

*CAEREMONIA, sanctitas inviolabilis, religio, Rosc. Am, 39: *q u i p e r f i d i a l e g a t o n i s i p s i u s c a e r e m o n i a m p o l l u e r i t .*

CALAMITAS, de jactura bello facta, agrorum vastatione &c. Manil. 6. De difficultate numaria, ibid. 7: *n o n p o s s u n t m u l t i r e m a t q u e f o r t u n a s a m i t t e r e , u t n o n p l u r e s s e c u m i n e a d e m c a l a m i t a t e m t r a h a n t .*

CARERE, G. entbehren. Manil. 18: *A p p i a v i a c a r e b a m u s , e a p r o f i c i s c i n o n l i c e b a t .*

*CERTUM est, Rosc. Am. 30, deliberatum est, statui mecum.

COGNOSCO. 1. Rosc. Am. 9: *decretum ipsum quæso, cognoscite, audite.* Manil. 9: *cognoscite, attendite, dicam vobis.* Sed Catil. III, 5: *cognovit signum est pro suo agnovit, suum esse professus est.*

CONFECTUS. 2. Etiam Manil. 9: *stipendis confectis h. e. emeritis, absoluta militia, esse veterani dicebantur.* Perperam b. l. in libris quibusdam est "stipendiis confecti" (exhausti, debilitati). Laboribus enim, non stipendiis, milites conficiuntur, debilitantur. Sed confecta stipendia dicuntur ut ludi confecti, victoria confecta, sermo confectus &c. vid. ind. Schütz.

CONFERO. **Conferre etiam pro differre in aliquod tempus.* Catil. I, 3: *Dixi, cædem te optimatum contulisse in a. d. V Kal. Nov.*

CONFICIO. Manil. 10: *provinciam confecit, rarius pro fecit, in provinciam redigit.* — ibid. 21: *exercitum conficere, comparare, colligere, constituere.*

CONFIRMARE, non modo se aut animum alicujus (ut ostendunt exempla allata), verum etiam alios. Manil. 9, *Mithridates et suam manum jam confirmarat.*

CONFLAGRARE, vid. *Flagrare.*

CONIECTURA *perspicere, conjicere.* Manil. 9 extr.

CONNICERE. Ut conjicere telum, ita & Catil. I, 6: *petitiones conjectæ, directæ, immisæ, de ictibus, quibus aliquem petit sicarius,*

CONIUNGERE bellum, Manil. 9, *conjunctionem s. conjunctis viribus bellum gerere.*

CONSILIUUM, 7. prudentia. Manil. 4: *Cn. Pompeji consilio et virtute,*

CONSISTERE, 5. aliquamdiu morari loco aliquo. Rosc. Am. 29: *nunquam in oppido constitisse.*

CONSULERE senatum, de consule sententiam rogante, Catil. III, 6 init.

CONTENTIO, 3. comparatio. Adde Manil. 13: *sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt.*

CONTRARIUS. Manil. 17: *tametsi cognoscitis auctoritates contrarias virorum fortissimorum, h. e. sententias nostris oppositas.*

CONVENIRE. Adde: 7. *convenire aliquem, adire aliquem, ut cum eo colloqvaris.* Rosc. Am. 18: *quem spargentem semen convenierunt.* ibid. 29: *quos ut convenire potuerit.* Ep. Fam. V, 11: *Eam, si opus esse videbitur, convenientiam.* — 8. *Conveniat mihi tecum,* Rosc. Am. 29 init. — 9. *convenit, impers. consentaneum est, par est, decet, oportet.* Catil. I, 1: *quo ex SCto confessim imperfectum te esse convenit* (perf.) Rosc. Am. 12 extr. *quid vos seqvi convenient, intelligetis.* Manil. 6: *Quanto vos studio convenient sociorum salutem defendere?* de Off. II, 18: *conveniet, quum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum.* Quæ cuncta attulimus, ut appareat, frustra verbum a Mureto ut male latinum reprehendi.

CREDO. Adde 4: *Cum irrisione absolute dicitur, ut videlicet, scilicet, nestr. jeg kan tænke, s. kan jeg troe.* Rosc. Am. 21 extr. 28: *literas, credo, misit alicui sicario,* Catil. I, 2: *credo, erit verendum.*

CUSTODIA. Adde: *custodia,* Catil. I, 8, intell. libera s. privata, quæ cives nobiliores clero cuidam viro custodiendi tradebantur in domum; quæ custodia vel a magistratibus, quibus animadvertisendi jus erat, indici (cf. Catil. III, 6. Sallust. b. Cat. 47 extr.) vel ab ipso reo postu-

lari potuit (ut h. l. a Catilina, in speciem haud dubie), — Præterea 5: *Manil. 6: *servi (portitores) in portibus atque custodiis sunt, qui custodiebant, ne quis merces, non soluto portorio, vel mari exportaret vel terrestri itinere ex alia in aliam transportaret regionem.* Positæ itaque *custodiæ* erant vel in portibus (cf. Hirt. b. Alex. 13: *Eabant omnibus ostiis Nili custodiæ exigendi portorii causa dispositæ* vel ad pontes & fauces regionum; cf. Cæs. b. Gall. III: *inter Alpes magnis portoriis ire mercatores conservaverant.* Nam *custodiarum nomine* (quod voluerunt alii, qui, quum in præcedentibus retinerent *salinis*, scripturæ vectigal h. l. desiderabant) pascua designata intelligere h. l. vetat & ipsa nominis potestas, quod de pascuis nemo facile veterum adhibuerit, & conjunctio ejus cum *portibus*, quum, si disjunctum esset orationis membrum, eodem modo, quo cetera, distingvi deberet verbis "*quas in*". At vero si pro *salinis* cum Hotomanno admittimus voc. *saltibus*, nec desideratur præcipuum illud atque a Cicerone paulo ante commemoratum vectigal, scriptura; et recte atque concinne distincta habemus tria genera: "*quas in saltibus habent, quas in agris, quas in portibus atque custodiis*".

D.

DECIDO. 1. Adde: Rosc. Am. 39: *Si hanc ei rem mandavisset, ut cum Chrysogono transigeret atque decideret.*

DECUMAE. De his atque ceteris vectigalibus locus classicus est Manil. 6.

DEFERRE, nuntiare, significare, exponere, indicere; non de calumniatore tantum aut delatore, sed de quovis indice, neque sole a adjecto vocabulo *nomen*, sed etiam re, quæ defertur. Catil. IV, 3: *hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt;* atque ibid. *Quantum facinus ad vos delatum sit, videtis.* Eodemque modo Catil. II, 6: *rem omnem ad patres conscriptos detuli,* h. e. senatui quicquid compressem nuntiavi; id quod Garatonium videtur fugisse, qui, confusis verbis referre et deferre, relationem ad senatum negat a Cicerone factam. Cf. Catil. III, 3: *ut non ad consilium publicum rem integrum deferrem.*

Denique addi etiam ad notionem 8 (ultra offerre), exemplum potest Manil. 24: *Quicquid n me est studii &c. id oüne tibi ac P. R. polliceor ac deferro.*

DELECTUS, 8. etiam de intimis, quos aliquis sibi præcipue elegit, Catil. II, 10: *de ejus delectu, immo vero de complexu ejus ac sinu.*

DENIQUE, h. e. ut paucis me expediam, uno verbo, G. kurz, mit einem Worte. Addi possunt exx. Catil. I, 5: denique *quotiescumque me petisti &c.* ante quod minori nota interpunkendum est. Enumeravit enim Cicero plures insidias, quibus ipsum Catilina petierat, quas tandem uno loco veluti complectitur. Pari modo, Catil. III, extr. cap. Denique ita me in re publica tractabo &c.

DESCRIBERE 5. Catil. II, 6: *quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta,* (per partes constituta) edocui.

DESUM. Adde deesse alicui, opem exspectatam ei non ferre. Catil. IV, 8 extr. *vobis populi Rom. præsidia non desunt: vos ne populo deesse videamini, providete.*

DEVOVERE non morti tantum, verum etiam sacris ritibus aliquid usui certo destinare. Sic Catil. I, 6 extr. sica dicitur *initiata sacris ac devota, quae consulis in corpore defigatur.*

DILIGENS. Manil. 19 dicitur, qui omnia accuratissime observanda esse existimat, ἀνηγιβήσ. "In hoc uno Gabinio sunt tam diligentēs". G. Nehmen sie es so genau, sind sie so gewissenhaft. Cf. Inv, I, 11: *Negotialis constitutio est, in qua, quid juris ex civili more et cœquitate sit, consideratur; cui diligentiae præesse apud nos ICTi existimantur.*

DILIGENTIA 1. Catil. I, 5: *non publico me præsidio, sed privata diligentia defendi, h. e. vigilantia, cautione, circumspectione; cf. Verr. I, 2: insidiæ.. quas partim mea diligentia devitarim.* — 2. Adde: Off. 2, 24: *res familiaris conservari (debet) diligentia et parsimonia.* — 3. respectus rei alicujus, quum ejus rationem habemus. Vid. ex. allat.

DISPOSITUS. Rosc. Am. 46: *(domum haud dubie) aptam & ratione dispositam se habere existimant, rebus necessariis instructam.*

DISSOLUTUS 4. Adde: Rosc. Am. 11: *Etenim quis tam dissoluto animo est, qui hæc negligere possit.*

E.

EICERE. **Ejecti (sc, in terram) naufragi dicuntur.* Rosc. Am. 26: *Quid tam commune est, quam-littus ejectis?* Catil. II, 11: *naufragorum ejecta manus.* Cf. Virg. Aen, I, 578. Eademque fortasse ratione Catil. I, 12: *Quodsi se ejecerit, quum in animo jam Cicero habere videatur seqventem de naufragis metaphoram.* Nisi forte bellicum potius verbum est, quum dux aliquis, ne in urbe obsideatur, cum copiis suis eam relinquit (quemadmodum erumpere. Catil. III, 1: *Principio ut Catilina erupit ex urbe);* gravius itaque quam simpl. abire, ut explicavit Ern.

ESSE, de pretio rei, aestimari. Rosc. Am. 2: *Bona S. Rosci sunt sexagies.* Verr. III, 75: *Quum in Sicilia binis sestertiis modius esset.* — 2. esse in lege, Rosc. Am. 44, scriptum esse, extare.

ET quisquam dubitabit? h. e. et quis jam dubitabit? Manil. 14 extr. 15 extr. Qva in formula concludendi vim particula habet.

ETIAM, ad augendam sententiam, ubi insurgit oratio, ut "vel" (quod Serv. ad Virg. Ecl. 8, 69 explicat per etiam), adhuc, insuper (vid. Hor. Tursell. de partic. lat.) Cat. I, 1: *quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet?* ibid. c. 3: *qua etiam necum licet recognoscas, sc. ut eo clarius res patescat.* — ETIAM NUNC, etiamnum, adhuc. Catil. I, 4: *dixisti, paululum tibi esse etiam nunc mōre;* ubi Ern. maluit etiam tum, quod sermo esset de re præterita. Sed vel sic recte se illud habere docuit Schellerus (Obss. in priscos scriptores quosdam. Lips. 1785) ex Cic. epp. ad fam. X, 10: *non modo non præteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc fuit.* ep. 32 extr.: *Balbo, quum etiam nunc in provincia esset, scripsi.* Nep, Hann. 4: *Qva valetudine quum etiam nunc premeretur, C. Flaminium occidit.*

EXSILIUM voluntarium. Hujus exemplum est Catil. I, 5 extr.

F.

FACERE, 1. efficere. *Manil.* 15: *id qvod maxime facit* (comparat) *auctoritatem*, **G.** Ansehen verschafft, die Achtung befördert. — *ibid.* *de quo homine vos tanta et tam præclara judicia fecistis?* h. e. tam præclare et honorifice judicatis. — *Denique "facere ut" inservit activæ circumlocutioni, quemadmodum passivæ fore ut. *Catil.* III, 3: *negavi me esse facturum, ut-non ad senatum rem integrum deferrem.* *Rosc.* Am. 44: *haec omnia Chrysogonum fecisse ut ementiretur &c.* h. e. haec omnia Chr. ementitum esse. *Fam.* X, 17: *Lepidus fecit, ut Apollam ad me mitteret,* h. c. Lep. Apollam misit.

FIDES. Adde: 7. fidem interponere. *Rosc.* Am. 39: *inqve eam rem fidem suam interponeret, pro ipso sponderet.* — 8. fidem publicam alicui dare, h. e. impunitatem (ἀδειαν Dio Cass.) ei publico nomine polliceri, *Catil.* III, 4.

FLAGRARE, ardere, dicitur non solum qvi amore, odio, cupiditate, desiderio, &c. incensus ipse est, qvi ardenter amat, cupit &c. verum etiam passive, qvi magnam apud alios homines inflamiam vel invidiam habet. *Verr.* I, 15: *contemnimus, despicimus, gravi diurnaque jam flagramus infamia.* Idem *Att.* IV, 17. Et gravius etiam *conflagrare*, incendio perire, igne absumi; atque hinc tropice, *Catil.* I, 11 extr. An *quum vastabitur Italia, tecta ardebunt, tum te non existimas invidiae incendio conflagraturum.* p. *Mil.* 27: *qua invidia huic esset conflagrandum.* *Verr.* II, 1, 15: *istius flagitiorum invidia conflagravit.*

FLECTERE. *Flecti fata dicuntur, quum alio convertuntur.* *Catil.* III, 8.

FRANGERE 3. *Catil.* 1, 9: *te ut ulla res frangat.*

FRAUS. Adde* 4. error, quo veluti fraude quis fallitur. *Rosc.* Am. 21: *Hæc te opinio falsa in istam fraudem impulit.* Unde etiam formulæ "fraudem facere, fraudi esse alicui". Cf. in *Pison.* c. 1.

FRUCTUOSUS, etiam de hominibus, *Manil.* 6 extr. *nisi eos, qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis,* h. e. qvi vobis fructus et emolumenta præbent, h. e. & socii et publicani, "qvi aut vectigalia pensitant, aut exercent atque exigunt".

H.

HABERE, 10. Dicitur etiam *habere conjurationem*, h. e. instituere, parare. **G.** vorhaben. *Catil.* IV, 3: *sed hanc tantam, tam exitiosam haberi conjurationem, nunquam putavi.*

***HARUSPEX.** Erant *Haruspices* augures Etrusci, qvi victimarum exta inspicientes futura prædixerunt. *Catil.* III, 8: *quum haruspices ex tota Etruria convenissent.* Hinc enim ad Romanos divinandi superstitione pervenit; vid. *Cic.* de divin. I, 41.

HINC nati, ut *hinc orti*, passim pro *hic*. *Catil.* IV, 8.

HOMO, interdum cum aliquo contentu. *Rosc.* Am. 22: *statim homo se erexit.*

I.

IACEO. 10. *Adde Catil. II, 11 quam valde illi jactant* (debiles sint).

IACTARE se, 7: etiam est insolentem se gerere, insolentius agere. Catil. I, 1: *quem ad finem sese effrenata jactabit audacia?*

*IDEM TIDEM, subinde, freqventer. Rosc. Am. 30. *L. Cassius idem tadem querere solebat.* Rabir. 12. Nat. D. III, 10.

IMPLICARE, conjungere, irretire; etiam seqvente præp. cum. Manil. 7: *haec ratio pecuniarum implicita est cum illis pecuniis Asiat.*

IMPORTUNUS. 2. Rectius fortasse: qvi præter temporis, loci, personarum rationem aliquid facit; aliis molestus, iniqvis, durus, violentus, inhumanus; ita de Sen. 3 importunitatem et inhumanitatem Cicero conjungit, & Catil. IV, 6: *importunus ac seireus.* I, 9: *egredere cum importuna sceleratorum manu.* II, 6: *importuniss, hostem.*

IN c accus. Catil. III, 5: *Recitatæ sunt literæ in eandem sententiam, quæ ejusdem erant sententiæ.* Et homines sunt in eadem sententia, qvi idem sentiunt, Manil. 19. — *Proprius quidam usus hujus propositionis est cum abl. pro: quum hoc ita sit. Rosc. Am. 8: *in tanta felicitate, nemo &c. h. e. quum tanta felicitas ejus sit.* Catil. IV, 1: *multa, in vestro timore, sanavi, h. e. quum in timore vos versaremini.* ibid. 6: *Sic nos in his hominibus, . . . si vehementissimi fuerimus &c.* Non pro: in hos homines; sed: quum hi homines sint, s. quum de his hom. agatur.

INGENIUM. Recte Schützii: "Sæpius ponitur pro ingenio oratorio"; qvod etiam confirmatur initio Orationis pro Archia poëta. Verumtamen qvi sit ambitus hujus significationis, patet ex or. p. lege Manil. ubi qvod c. 13 Cicero dixit "quanto ingenio", his paulo post verbis c. 14 declaratur: "Jam quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copia valeat". Accedit Catil. III, 5: *ita eum non modo ingenium illud et dicendi exercitatio-deficit.* — In exemplo autem ex Cic. lib. de Orat. II, 35 petito: "Quum ad inventendum in dicendo tria sint, acumen, deinde ratio, tertium diligentia, non possum equidem non ingenio primas concedere", appareat per ingenium indicari, qvod primum dixit acumen, recteque F. C. Wolfius vertit: "Da der Redner zum Erfinden drei Erfordernisse nötig hat, einen scharfen, natürlichen Verstand, — — so muss ich freilich gestehen, dass auf die natürliche Anlage das Meiste ankomme. Est itaque h. l. qvod alias dicimus acumen ingenii, sive ea vis ingenii, per quam acute rem perspicere quis potest. Eodemque sensu Rosc. Am. 29 extat.: Vereor ne in geniis vestris videar diffidere, si de tam perspicuis rebus diutius disseram.

INNOCENS præcipue dicitur, *qvi maneribus aut lucri cupiditate corrumphi se non patitur, animum habet ab avaritia alienum. Manil. 10: *Utinam virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis.* Talem autem Pompejum esse mox c. 13 demonstrat, innocentiam jungens cum temperantia, ut Tusc. III, 8, cum abstinentia.

INNOCENTIA, animi integritas. Vid. præced. innocens.

INTELLIGO. 5. idem fere qvod video, censeo, arbitror. Catil. III, 11 *eandemque diem intelligo et ad salutem urbis et ad memoriam consulatus mei propagatam.* Catil. IV, 4; Alter intelligit, mortem non esse supplicii causa constitutam.

INTERPONERE *fidem*, *rid. Fides.*

*ISTE, cum contemn. Catil. I, 12. Rosc. Am. 7 et s̄epius.

ITA. *Vel restringendi vim habet. Rosc. Am. 20: *Accusatores multos esse in civitate utile est: veruntamen hoc ita (nur insosfern) est utile, ut ne plane illudamur ab iis, vel angendi et accuratis definiendi: Manil. 4 extr. Sed de Lucullo dicam alio loco, et ita dicam, ut &c.*

*IUSSU *populi*. Catil. IV, 5, Ern. ex conj. *injussu.*

L.

LABOR. Distingvit qvidem Cicero ipse Tusc. II, 15 *laborem a dolore*; at Catil. IV, 1, tamen videntur verbo *meis laboribus* indicari, quas paulo ante dixit *omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque*. Deinde *labor* non sola functio est vel animi vel corporis (Arbeit), sed etiam ea animi corporisqve facultas, contentio, industria, qva efficere aliquid valet ac studet (Arbeitsamkeit, Anstrengung), Manil. 11: *labor in negotio, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in confiando &c.*

LATROCIUM, non tantum latrocinandi actio, latrocinatio (Plin. 19, 4), ut ostendunt exempla allata, qvibus addi possunt Catil. I, 9: *exulta impio latrocinio, & 10 extr. ubi opponitur justo bello: verum etiam latronum societas et cohors, Räuberbande, Raubgesindel.* Catil. I, 13: *Qvodsi ex tanto latrocinio iste unus tolletur.* De Off. II, 11: *is sibi ne in latrocinio qvidem relinqvit locum.*

LENO. *Omnino (cf. Justin. II, 3, 8: *Scythis bellum indixit, missis primo lenonibus*), conciliator, qvi aliorum opem alicui conciliandam suscipit. Catil. IV, 8: *auditum est, lenonen quendam Lentuli concursare circum tabernas.* Alioquin addi non potuit gen. *Lentuli.*

LOCARE. 7. Catil. I, 8: *atque illud (signum) ita collocandum consules locaverunt.* Rosc. Am. 20: *Anseribus cibaria publice locantur.*

LOCUS. 7. Commodum exemplum est Manil. 17: *qvorum auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse et valere oportere confiteor.*

LUXURIA. Catil. II, 3: *agrestis luxuria metonym. de rusticis luxuria ad inopiam redactis.*

M.

MAGNUS, *magna judicia*, sunt honorifica judicia. Manil. 16: *hanc auctoritatem, multis postea rebus magnisqve vestris judiciis amplificatam.*

MEDITARI. Catil. I, 10, passive: *Ad hujus vitae studium meditati illi sunt labores tui, h. e. exercitationis causa suscepti.*

*MEIHERCULE, svavitatis causa pro *mehercules* (Orator 47) ut *medius fidius*, asseverandi formula. Catil. II, 7 extr. ubi jungenda videtur cum "tamen latrocinantem se interfici mallet".

MENS 5. cogitatio. Catil. I, 6: *sceleri ac furori tuo non mente m aliquam (tuam, quod petendum ex seqv. timorem tuum) obstatisse; ut ibid. c. 12: his ego' reip. vocibus et reliq' vorum mentibus respondebo.* Cf. Virg. Æn. I, 676: *nostram nunc accipe mente m.*

MOLLIS. Catil. I, 12: *molles sententiae, nimium indulgentes, parum severæ.*

N.

NEGLIGERE, aspernari, pro nihilo habere, prætermittere, repudiare. Catil. III, 9: *ut homines Galli spem rerum amplissimarum ultro sibi a patriciis hominibus oblatam negligenter.* Catil. IV, 11: *pro provincia, quam neglexi, (h. e. Gallia, quam se prætermisssisse dicit, Fam. V, 2.)*

NOLO. *non nolle.* Aliud exemplum extat Catil. III, 9 extr. non invitum, cupide facere.

NOTARE, veluti nota apposita destinare. Catil. I, 1: *notat et designat oculis ad cœdem unumq' emque nostrum.* Cf. Manil. 3: *una literarum significatione cives Rom. trucidandos de notavit.*

*NUDIUS TERTIUS, quasi dicas: *nunc dies tertius est.* Catil. IV, 5. Att. 14, 11.

NULLUS, gravius quam simplex non, i. q. omnino non. Rosc. Am. 44: *haec bona in tabulas nulla redierunt, h. e. omnino non redierunt.* Att. XI, 24: *nullus venit.* Tusc. I, 6: *miseros ob id ipsum, quia nulli sunt.* Catil. I, 7: *misericordia, quæ tibi nulla debetur, h. e. nullo modo debetur.*

NUMERUS 3. Adde Manil. 13: *quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare?*

*NUNTIO. Rosc. Am. 7: *nuntiat Ameriam, h. e. nuntium affert Ameriam, ut Fam. XI, 12: Romam nuntiatur. — Att. IV, 10: nuntiare salutem, salutem dicere.*

O.

OBLIVIO. *ad oblivionem veteris belli, ad reparanda, quæ in eo passus est, damna. *Obliviscitur enim damnorum, qui memoriam eorum delet.* cf. OBLIVISCI. 2.

OBSOLESCO. Manil. 17: *Obsoleuisse oratio dicitur, quam, saepius auditam, nemo amplius curat.*

OPUS, 2. utile. Rosc. Am. 36: *nihil opus fuit, te istic sedere, nullo modo utile fuit, valde obsfuit cause tue.* Off. III, 11: *id sciri opus non esse.*

ORA, 1. de terra ultima, longinqua. Manil. 9: *in eas oras &c.*

ORBIS terræ, frequentius orbis terrarum. Catil. I, 1: *Catilinam vero, orbem terræ cœde atque incendiis vastare cupiente:n, oratorie de re publica vel imperio Rom. quod, vastata urbe, vastatum etiam foret.* cf. cap. 4: *de hujus urbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitent.*

(2*)

P.

PARATUS, non adjuncto, quam ad rem. Catil. III, 7: *hominem tam acrem, tam paratum, tam audacem &c.* Addit unus liber: "ad facinus", fortasse quod librario non videretur paratus dici absolute posse. At cf. Tusc. IV, 23: *Fortitudo satis est instructa, armata, parata per se.*

PECUS, lin. 12: Att. I, 15, corrigere I, 16.

PERDITUS, lin. 9: Rosc. Am. 63, corrigere 13. — Adde ad 4: *luctu perditus*, consecutus, gravius quam afflictus, Rosc. Am. 8 extr.

PERNICIES. Rosc. Am. 13: *et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita*, h. e. perniciosissime, ita plane corrupta, ut ad quævis facinora promptus homo sit; nos: i Bund og Grund fordærvet.

PESTIS. 2. pernicies. Catil. I, 1: *in te conferri pestem istam, quam in nos machinari.*

PLUS videre, melius rem intelligere, altius perspicere. Manil. 22: *si autem vos plus tum in rep. vidistis.* Lacl. 26: *ut plus vidisse videatur.*

POSTREMO, etiam, quemadmodum denique (vid. supra), adhibetur, ubi cuncta velut uno verbo complectimur; ut paucis dicam, omnino. Rosc. Am. 3: *Quod si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet denique vel minima res reperietur, quamobrem &c. postremo, si — quidquam aliud causæ inveneritis &c.*

PRAESTARE 3. Elegantiore usu Latini dicunt *præstare* (alicui) aliquem et aliquid. Illud explicavit Schützias V. C. Addi potest exemplum ex ep. ad Att. I, 1: *illam manum mihi cura ut præstes.* *Præstare* autem aliquid est vel exitum rei, vel culpam alienam in se recipere, dafür einstehen, verantwortlich seyn. Off. III, 16: *p. damnum*, ibid. 13: *sin autem dictum non omne præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas?* Fam. V, 17: *communem et incertum casum neque vitare quisquam nostrum, neque præstare ullo pacto potest.* Manil. 16: *felicitatem de se præstare nemo potest.* ibid. 24: *pericula facile, ut hominem præstare* (sc. hæc) oportet, *innocentia tecti repellamus.* Catil. IV extr. qvi ea quæ statueritis, per se ipsum præstare possit. Plura Schützias attulit sub no. 6, qvi tamen, quum formulam explicat: "Omnino res dicuntur præstari, quum aliquis fidem facit, eas non eventuras", addere videtur debuisse: "vel etiam eventuras".

PROFICISCI 2. vel 4. oriri, effici. Manil. 21 extr. *hæc tot exempla profecta sunt in cundem hominem a Q. Catuli auctoritate.*

PROFLIGATUS. *Etiam quemadmodum *luctu perditus* (q. v. paullo ante) sic moerore afflictum et profligatum, omnino dejectum. Catil. II, 1.

*PROINDE, adv. ideo, quare, quapropter. Catil. II, 5 extr. *Proinde aut exeat, aut quiescant.* Fam. XII, 6: *Proinde fac, magnum animum habeas.*

*PROPTER præpos. c. acc. 1. Causam indicat rei. Fam. I, 3: *propter tuum in me amorem.* Fin. I, 26: *virtus ex se et propter se expetenda.* 2. Adhibetur etiam de homine aliquid efficiente, Rosc. Am. 22 extr. (de parentibus) *propter* (per) *quos hanc savissimam lucem*

adspexerit, qvibus vitam debet. Mil. 22: *servis, propter qvos* (qvorum opera) *vivit*. Fam. VII, 27 extr. *Propter se* (sua ope) *liberos esse reliqvos*. — 3. adverbial. prope, juxta. Rosc. Am. 23: *duo filii propter cubantes*.

PROVIDERE, *ut simpl. *videre*, considerare, reputare. Catil. III, 12: *vobis erit proximorum, qua conditione eos posthac esse velitis*, qui &c., ut Client, 58: *quum hec sunt videnda, tum &c.* Manil. 7: *vi dete, num vobis dubitandum sit*. Rosc. Am. 44: *videant, ne turpe sit*. Germ. Ihr möget zussehen.

PUBLICUS. 2. Ut *judicium publ.* ita & *causa publica*. Rosc. Am. 21: *qvæ ad universam rem publicam pertinet*, qvod crimen, de qvo agitur, ei nocet aut periculo est securitati publicæ.

PUGNARE, *etiam transitive, cum acc. Rosc. Am. 3: *si hoc solum pugnatur*, si hæc pugna est, si de hoc certatur. Freqvens enim voc. PUGNA de certaminibus vel disceptationibus ad judicem.

PUNCTUM temporis, qvaro casu, ubi qværitur *quamdiu?* Catil. IV, 4: *punctum temporis frui vita*.

Q.

QVAERERE. *Paulo insolentius est Catil. III, 10: *qvarum (dissensionum) nulla exitium rei publicæ qvæsit*, pro spectavit, tendebat ad ex. reip.

QVAESTUS. Manil. 13 *pecuniam in qvæstu reliquerit*, ut foenore vel alio modo lucrum inde qværat.

QVAMVIS, propriæ: tam - qvam vis, qvantumlibet, Gall. *qvoique*. Rosc. Am. 16; *quasi difficile sit, qvamvis multos nominativi proferre*, h. e. tam multos, qvam vis, qvam plurimos. c. 8: *qvamvis ille felix sit*, (quantum vis). c. 32: *posses ea qvamvis diu dicere*. de Orat. III, 25: *qvamvis saepe*. Læl. 26: *qvanquam ista assentatio qvamvis perniciosa sit*. Qvare, qui sæpe seqvitur, conjunctivus non inde pendet, sed concessivus est, qvem, vel remoto illo, sententia exqviret. Neque enim necesse est, conjunctivum semper seqvi. vid. Nep. Miltiad. 2: *qvamvis carebat nomine*.

QVO. 3. *Non qvo, non eo consilio ut; qvemadmodum eo, ideo, propterea*. Rosc. Am. 18: *Neque ego hæc eo profero, qvo conferenda sint cum hisce*.

*QVODSI (s. *qvod si*) annexit sententiam antecedentibus, ut nostrum *et, igitur, quare*, *jam vero, seqvente si*. Rosc. Am. 20: *Qvod si luce quoque latrent*. Manil. 17 init. Catil. I, 12: *Qvod si ea mihi maxime impenderet*, h. e. atqve etiamsi &c. ibid. 13: *Qvod si ex tanto latroc. iste unus tolletur*. III, 7 extr. *Qvod si* (nimirum si) *Catilina in urbe renansisset*. Læl. 9: *Qvod si tanta vis probitatis est*, wenn nun u. s. w. c. 10: *Qvod si* qvi longius &c.

R.

RAPI, de celeri navium cursu. Manil. 8: *classem, quæ ad Italianum studio inflammato raperetur.*

RATIO. 1. Non ea tantum vis animi, per quam a ceteris animalibus homines discernuntur, verum etiam quam, adhibita ea vi, oritur animi sententia, quod consilium atque argumentum. Manil. 17: (*Catulus & Hortensius*) ab hac ratione (sententia, consilio) dissentunt. ibid. 15: *homines ut aut oderint aut ament, non minus opinione famæ, quam aliqua certa ratione (consilio v. arguento) commoveri.* 6. causa. Rosc. Am. 34: *Qua ratione (h. e. quamobrem) Capitoni primum nuntiavit? ut paulo post plenius: qua ratione factum est, ut Capitoni potissimum nuntiaret.* 11. modus, quo aut fit res aliqua aut a natura conparata est, Beschaffenheit, Art und Weise; cuius notionis quam exempla desiderentur, haec subjungamus. Catil. II, 6: *quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta.* Manil. 17: *ipsa re et ratione (rei natura) exquirere possumus veritatem.* Partit. or. 1: *ratio dicendi.* Fam. III, 8: *mea ratio in tota amicitia nostra constans et gravis reperiatur.* ep. 5. *tua ratio postea est commutata.* I, ep. 9: *mea ratio fuit alia.* cf. nott. 17 & 21. — 15. *rationes pro commodis, quibuscum etiam junguntur* Manil. 24 extr. salutem provinciarum atque sociorum meis omnibus commodis & rationibus preferre. Ejusdem hand dubie sensus cum notione 18, ut proprie significet respectum rei alicujus; unde formula "rationem habere rei". Sic enim Catil. IV, 5: *Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas rei publicæ vincat.* — Præterea ad not. 18: "Verbindung und Verkehr mit jemanden" addatur Manil. 7: *Nam et publicani suas rationes & copias in illam provinciam contulerunt, pro quo statim: quorum ipsorum res et fortunæ.* Est enim ratio pecuniarum pro ipsa pecunia.

RECORDARI pro commemorare. Catil. IV, 4: *atque hoc genus poenæ scipe in improbos cives esse usurpatum recordatur.* Tusc. V, 5; multa de M. Atilio recordatur.

REGNUM. 1. Manil. 6: *vivere in regno, sub regia dominatione.*

REQVIRERE. *Adde 4. quærere, investigare. Manil. 22: *urbes copiosæ reqviriuntur.* Ut Nepos XXV, 10: *cum reqvisiisset, ubinam esset.*

RESERVARE. Rosc. Am. 29: *quod ad testes reservet, quod postea testibus adhibitis dicturus sit.*

S.

SANCIRE cum accus. poenæ: Catil. IV, 4: *& digna scelere hominum perditorum sancit.*

SATISFACERE *rei publicæ*, satis consulere reip. Catil. I, 1.

*SATURNALIA, Catil. III, 4 extr. Festum quinqve vel septem dierum, quod Romæ Decembri mense per summam latitudinem celebrabatur. Quo tempore servis concedebatur, ut cum dominis ludenter & jocarentur, qui ad mensam etiam accubantibus ministrabant.

SCELUS: *etiam de scelesto homine, Rosc. Am. 26: *feris, quæ tantum scelus attigissent.*

*SERMO. 1. colloquientium hominum est. Fam. I, 1: *in sermone quotidiano sic egit.* Off. II, 11: *familiares cum aliquo sermones conferre.* de Or. II, 73: *s. instituere.* Etiam 2. cum unus in circulo amicorum de re aliqua disserit. Amic. 1: *in sermonem illum incidere;* et paulo post: *exposuit nobis sermonem Lælii, habitum ab illo &c.* 3. imprimis plur. *Sermones hominum in malam partem fere.* vid. Catil. I, 9 *vix feram sermones hominum.* Verr. IV, 7: *in sermonem hominum atque vituperationem venire.* Att. II, 14: *populare sermonibus.* Flacc. 5 extr.: *aliquid sermonis in sese aut invidet.* Coel. 16, 38. Fam. IX, 3: *Sed et in bonam, ut Catil. III, 11: Memoria vestra res nostræ audentur, sermonibus crescent.*

*SICA, brevior gladius, ut veste tegi posset, eaque re aptus ad patrandas cædes furtivas. Catil. I, 6 extr. II, 1.

*SICARIUS, qvi sica aliquem interficit. Rosc. Am. 14, et saepius.

SOCIUS. *5. *socii* dicuntur incolæ provinciarum Romanarum. Sic saepe junguntur *cives et socii.*

SOMNUS. *2. pro torpore, ignavia, quam recentiores dicunt somnolentiam. Catil. III, 7: *nec mihi Lentuli somnum esse pertimescendum.* ut Catil. II, 5: *dormientes pro somno deditis, tardis, langvidis.*

STATUERE. Adde, Rosc. Am. 43: *sub quo nomine tota societas statuitur, constituitur,* consistit, stabilita est aut veluti tutela munita. — 2. Catil. IV, 3: *statuendum vobis ante noctem est.* Einem Entschluss fasscn.

STUDIUM. Omnino est quælibet animi opera intentior, neque artium solum. Ad Brut. ep. 8: *Tibi omnes navare operam et studium volunt.* Deinde vehementior alicuius rei favor, Eiter für eine Sache, v. c. Rosc. Am. 47: *in eo studio partium fuisse;* in ea re alteri favisse parti, hierin Partei genommen zu haben. Catil. II, 11 extr. *etiam si hominum studia deficiant,* etiam si homines open ferre nolint, quemadmodum dicitur *studere alicui,* favere partibus ipsius. & Att. II, 19: *significat studium erga me non mediocre.* Catil. I, 8 extr. *qvorum tu & frequentiam videre & studia (sc. rei publicæ vindicandæ) perspicere potuisti.*

SUBSIDIUM. De militibus ita dispositis, ut fessis ceteris subvenirent. Fam. XV, 4. Deinde de aliis rebus, quæ aut auxilium aut sumptus alicui suppeditant. Manil. 2: *subsidia belli,* Manil. 12: *frumentaria subsidia,* quæ frumentum suppeditant urbi & Italiae. Omnino: auxilium, Hülftsmittel. de Orat. I, 45: *Evidem mihi hoc subsidium (juris interpretationem) jam ab adolescencia comparavi.*

SUM, *esse in lege, h. e. scriptum esse, es steht im Gesetze. Rosc. Am. 44, vid. ESSE.

SUMERE. Adde *5. *ninium sibi sumere, arrogare, tribuere.* Catil. III, 9.

*SUPPLICIUM de poena graviore. Catil. IV, 4: *mortis poenam removet, ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur,* c. 6: *supplicium de servis non quam acerbissimum suniserit.*

SUSTINERE. Adde *11. Manil. 6: *& belli utilitatem & pacis ornamenta sustinere,* concinnitatis causa pro: eos sumptus sustinere, qvi utiles sunt & ad bellum gerendum & rempub. in pace ornandam, ut c. 2: *et pacis ornamenta et subsidia belli reqviretis.*

T.

TANTI. Catil. I, 9: *est mihi tanti, h. e. operæ pretium est, invidiam istam subire.*

TANTUS, etiam de parvo numero. Manil. 6: *Nam ceterarum provinciarum vectigalia tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus, h. e. tam exigua sunt.* Catil. III, 10 extr. *tantum superfuturum esse, G. nur so viel.*

TEMERE, *sine causa. Catil. III, 3: *ne-temere tantus tumultus injectus civitati videretur.*

TENERE. Adde ad 12: Catil. II, 6: *Quum hæsitaret, quum teneretur, veluti constrictus, ut expedire se non posset, ut convictus criminis rem negare non posset.* — ad 13: Catil. IV, 2, *tenentur ii, quid ad urbis incendium Romæ restiterunt; tenentur literæ, signa, manus &c.* Teneri itaque dicunter, et homines convicti, et res, quibus convincuntur.

TENUIS, 7. pauper, egenus: adde Rosc. Am. 7: *homo tenuis.* & 31: *ut tenuis antea fueris.*

*TFSTIMONIUM dicere, & pro testimonio dicere, Rosc. Am. 36 & 35.

TRADERE. *4, ad supplicium, alicujus arbitrio aliquem permittere. Rosc. Am. 22: *quem dedi putabas, defendi intelligis; quos tradituros sperabas, vides judicare.*

*TRIBULIS; qui in tribu aliqua est. Planc. 19: *tribules decuriavisse.* adjecto pron. possess, qui ex eadem tribu est. Rosc. Am. 16: *vel tribules vel vicinos meos.* Fam. XIII, 18. Att. I, 18.

V.

VALERE ad aliquid, non de re tantum, quæ momentum affert, ad aliquam rem pertinet, verum etiam de homine, qui satis virium habet ad aliquid efficiendum. Catil. I, 7: *tu non solum ad negligendas, verum etiam ad avertendas leges valisti,*

*VAPULARE, verberari, trop *vapulare sermonibus.* Att. II, 14, vid. SERMO.

VEHemens. *4. Manil. 9: *vehemens opinio, quæ animos graviter commovet.*

VERBUM. 3, Adde Rosc. Am. 29 extr. *De quibus quoniam verbo arguit, verbo satis est negare, h. e. solis verbis, absque ullo argumento aut testimonio.*

VEXARE, trop. Rosc. Am. 22: *pessime vexari sc. oratione, reprehendi, perstringi, male haberri, societatem.*

VEXATIO. Germ, Mishandlung, de stupro violento. Catil. IV, 1: *ut virgines Vestales ex acerbissima vexatione eriperem.*

VIDELICET, cum ironia plerumque, quemadmodum credo. Catil. I, 8: *quem tu videlicet ad custodiendum te diligentissimum — fore putasti.*

VIDETE num, modestius pro: non est quod. Manil. 7 extr. *Quare videte, num dubitandum vobis sit.*

VINCERE, etiam absolute, Rosc. Am. 27: *Tametsi statim vicisse debo, causam in iudicio obtinuisse; Germ. gesiegt haben.*

VIRTUS. Manil. 11: *virtutis imperatoriae nomine omnia Cicero complectitur, quae a bono imperatore postulantur.*

VIS. *11. copia. Manil. 9: *maximam vim auri et argenti.*

*VITARE, declinare, a se avertere. Catil. I, 1: *si istius furorem ac tela vitemus.*

*VIXDUM, G. noch kaum, ut "nondum &c." Catil. I, 4: *Haec ego, vixdum coetu vestro dimisso, comperi. Att. IX, 2: Vixdum epistolam tuam legeram, quum &c.*

*ULLUS, oppos. nulli. Catil. II, 8: *siullo modo fieri possit. de Orat. I, 59: negat prodesse ullam scientiam alicui.*

UNUS, pro primo. Catil. II, 8: *Unum genus est eorum.*

VOLUNTAS. *4. benevolentia, benevolus animus. Catil. IV, 5: *tanquam obsidem perpetuae in rem. voluntatis.*

VOX. *Catil. I, 8 extr. *voces eqvitum Romanorum sunt verba & minae, quas jactabant, ingrediente Senatum Catilina.*

USUS. 2. consuetudo, familiaritas. Rosc. Am. 6: *cum Metellis erat ei domesticus usus & consuetudo, Fam. XIII, 23: usus vetus inter eos intercedit. Et Manil. 1: usus forensis, consuetudo in foro (judiciis) dicendi. — 3. exercitatio. de Orat. I, 4: Usus freqvens omnium magistrorum precepta superat. Off. I, 18: nec medici, nec imperatores, nec oratores quicquam laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt. Acad. I, 6: usus virtutis. — 4. usu venit, accedit. pro Qvinct. 15: *quid homini potest turpius, quid viro miserius aut acerbius usu venire.* Rosc. Am. 15: *Quod Erucio accidebat — idem mihi usu venit.* Apud Plautum & Terentium *usus venit.* — 5. usus pro opus est. Tusc. IV, 2: *ceteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit;* ut Virg. Æn. VIII, 441: *nunc viribus usus.**

UTI. *4. ut aliquo, familiariter cum eo versari, consuetudinem habere. Rosc. Am. 10: *qua pater usus erat plurimum. Sed Catil. II, 8: his melioribus civibus uteremur, meliores nobis cives forent.*

Qvibus ita praemissis, restat, ut, quicquid in literis profecerint alumni Scholæ Roeskildensis, ordine, quem ostendit annexa tabula, publice explorandum indicemus. Cui censuræ ut frequentes atque benevoli interesse velint discipulorum parentes, tutores & si qui præterea studiis nostris bene cupiunt, officiose rogamus.

Den offentlige Examen i Roeskilde Kathedralskole, som Disciplenes Fædre og Værger, samt andre Videnskabsmænd og Skolens Velyndere herved indbydes til efter Behag at overvære, vil for Aaret 1828 blive afholdt i nedestaaende Orden hver Formiddag fra Kl. 8 og Eftermiddag fra Kl. $2\frac{1}{2}$:

Den 24 September.	Formiddag.	2 Historie.	3 Religion.
	Eftermiddag.	Candidaterne: Geometrie, Fransk, Geographie, Græsk.	
Den 25 September.	Formiddag og Eftermiddag.	{ Candidaterne: Religion, Latin, Hebraisk og Iliaden, Historie, Tydsk, Arithmetik. 2 a Latin. (u. Adj. 1 Geographie. Style)	
	Eftermiddag.		
Den 26 September.	Formiddag.	3 Historie.	4 Arithmetik.
	Eftermiddag.	2 b Latin. (u. Adj. Style)	4 Fransk. 4-3 Iliaden.
Den 27 September.	Formiddag.	4 Latin.	3 Arithmetik.
	Eftermiddag.	1 Historie. 2 Fransk.	3 Dansk.
Den 29 September.	Formiddag.	4 Hebraisk.	3 Fransk.
	Eftermiddag.	3 Græsk. 3 Græsk. (fortsat)	1 Arithmetik. 2 Tydsk. 1 Religion.

Den 30 September.	Formiddag.	4 Græsk.	3 Tydsk.
		2 a Latin. (u. Adj. Christensen)	1 Tydsk.
	Eftermiddag.	3 Hebraisk.	2 Dansk.
Den 1 October.	Formiddag.	2 b Latin. (u. Adj. Christensen)	4 Tydsk.
	Eftermiddag.	3 Geographie.	1 Dansk.
			4 Geometrie.
Den 2 October.	Formiddag.	3 Latin.	4 Religion.
	Eftermiddag.	fortsættes.	2 Geographie.
Den 3 October.	Formiddag.	2 Græsk.	3 Geometrie.
	Eftermiddag.	1 Latin.	2 Religion.

4 Classe Historie og Geographie examineres efter Adjunct *Hages* Tilbagekomst.

S k r i f t l i g e P r ö v e r:

Den 22 September.	Formiddag.	i Lat. Stil 4.	i Dansk Stil 3.
	Eftermiddag.	i Lat. Stil 2.	i Dansk Stil 1.
Den 23 September.	Formiddag.	i Lat. Stil 3.	i Dansk Stil 2.
	Eftermiddag.	i Dansk Stil 1.	i Arithmetik 2.

Til Universitetet dimitteres:

1. *Carl Ferdinand Möller*, Søn af Hr. Contorist *N. Möller* i Kjöbenhavn.
2. *Hans Peter Teilmann*, Søn af afg. Hr. *A. Teilmann*, fordum Sognepræst til Jydstrup og Valsølille.
3. *Jens Henning August Neess*, Søn af Hr. Pastor *C. Neess*, Sognepræst til Steenløse og Fangel i Fyen.
4. *August Frederik Brink-Seidelin*, Søn af Hr. Conferentsraad *H. D. Brink-Seidelin*.

Roeskilde den 20^{de} September 1828.

S. N. J. Bloch.